

ANALEKTEN.

1.

Zu Matthäus de Cracovias kanzelrednerischen Schriften.

(Teil III.)

Von

Dr. **Gustav Sommerfeldt.**

Ohne genaueres Merkmal der örtlichen und zeitlichen Datierung hat sich eine Kanzelrede auffinden lassen, die Matthäus von Krakau vor festlich versammelter Geistlichkeit über das Thema „Detrectant de vobis“ hielt¹, und die bei Sommerlad in seinem Verzeichnis der Schriften des Matthäus unberücksichtigt geblieben ist: Kodex D 23 der Universitätsbibliothek zu Marburg (Fol., chart. saec. 15)², fol. 170a—173a. Da die Rede sich in der Handschrift unmittelbar an die ebenda fol. 165a—170a von derselben Hand niedergeschriebene Prager Synodalrede von 1384 „Quid est, quod dilectus meus“ anschließt, die hier die Überschrift hat: „Sermo ad clerum magistri Mathei de Cracovia, professoris sacre theologie, quem fecit in synodo Pragensi in pallacio curie archiepiscopalis“, so liegt die Annahme recht nahe, die Rede „Detrectant de vobis“ gehöre zur Zahl der in Prag von Matthäus gehaltenen Synodalreden, worin um so mehr noch der Inhalt dieser Rede bestärken wird, speziell der an einer Stelle enthaltene scharfe Hinweis auf die aus dem Schisma für die Kirchengucht sich ergebenden Unzuträglichkeiten, und die nicht minder entschiedene Verurteilung der Simonie. Die Schäden derselben geißelt Matthäus

1) Nach allgemeineren Gesichtspunkten handelte über diesen Gegenstand auch der Pariser Kanzler Johannes Gerson in seiner „Quaestio de detractioe“, die in den Handschriften zugleich „De custodia linguae“ genannt zu werden pflegt.

2) Der Oberkonsistorialrat Professor Dr. K. W. Justi hat die Handschrift am 6. Dezember 1837 der Marburger Universität geschenkt.

hier in ähnlicher Weise, wie er es später so ausführlich in dem Traktat „De squaloribus curiae Romanae“¹ getan hat.

Dafs Matthäus der Verfasser der Rede „Detrectant de vobis“ sei, ist im Wortlaute selbst hier nicht gesagt, wohl aber hat der zu Bursfelde bei Münden arbeitende zeitgenössische Abschreiber in der Inhaltsübersicht, die auf die zweite Hälfte des Kodex Bezug hat (Einschaltung von der Hand dieses Schreibers fol. 145a), unsere Rede als „Sermo alius eiusdem magistri Mathei ad clerum“ bezeichnet.

Außer dem Marburger Text der Rede hat mir noch ein solcher in Krakau, Jagellonische Bibliothek, Kodex 2372 (4^o. saec. 15), fol. 145a—150b vorgelegen², dessen Lesarten hier und da in den Varianten berücksichtigt sind. Wisłocki³ ist der Ansicht, dafs dieser Krakauer Kodex von dem seit etwa 1417 in Krakau wirkenden Magister der Philosophie und späteren Theologen Johannes Cantius (Kanty) geschrieben sei⁴, indessen hat sich in der Handschrift selbst ein direkter Beleg für die Behauptung Wisłockis mir nicht ergeben.

Sermo magistri Mathei de Cracovia ad clerum⁵.

Ad alloquendum hanc sanctam congregacionem verbum assumo, quod habetur 1. Petri 2 et legitur in epistola dominice currentis⁶: „Detrectant⁷ de vobis“. — Reverendissimi patres ceterique domini spectabiles⁸ dignitate, ordine, statu et sciencia! Si secundum Dyonisium⁹ in quodam sermone deus semper est¹⁰ universiformis

1) Die Niederschrift von De squaloribus durch Matthäus erfolgte etwa 1403 auf 1404. Vgl. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 18, 1903, S. 431. Der von J. Haller, Papsttum und Kirchenreform, Berlin 1903, S. 498, neuerdings ausgesprochenen Ansicht, dafs Matthäus den Traktat De squaloribus 1403 in den Monaten niedergeschrieben habe, während deren er die Romreise ausführte, kann ich in den Einzelheiten nicht beipflichten und habe darüber die näheren Nachweise in „Mitteilungen des Vereins für Geschichte der Deutschen in Böhmen“ 43, 1904, S. 193—207 gegeben.

2) Die Synodalrede „Quid est, quod dilectus“ steht in diesem Kodex von derselben Hand geschrieben, fol. 82b—92a.

3) W. Wisłocki, Catalogus codicum. Krakau 1877, S. 565.

4) Vgl. über ihn M. Wiszniewski, Historia literatury polskięj. Bd. V. Krakau 1843, S. 1—13.

5) M, fol. 170a lautet die Überschrift: „Alius sermo ad clerum“; K, fol. 145a: „Sermo reprehensorius quo ad clericos“. Im Inhaltsverzeichnis K, fol. 67: „Sermo super hoc themate, detrectant de vobis, reprehensorius clericorum“.

6) Danach ist die Rede im April oder Mai gehalten.

7) Gegen Schluß der Rede finden sich die Bezeichnungen detractant, detractio usw.

8) M: spectaculos.

9) Pseudodionysius (Dionysius Areopagita), der eine Lieblingslektüre des Matthäus wie auch seines erzbischöflichen Freundes Johann von Jenstein in Prag bildete. Vgl. Vita Joannis de Jenczenstein, archiepiscopi Pragensis, ex manuscripto Rokyczanensi, ed. J. Dobrowsky. Pragae 1793, S. 47.

10) K: sit.

et equaliter bonus et pulcher est, habens se simplicissime omnem speciem desiderabilem, et secundum ipsum totus est desiderabilis ¹, profecto plenarie et intime omnis Christianorum affectus debet ad ea, que sursum sunt, et non ad ea, que sunt super terram, totis conatibus aspirare mentisque intuitum ad lucem veram, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, seque ad suscepcionem veri luminis, accuracius preparare. Oportet enim, quod mens, que vult deo intendere, primo purgetur, postea illuminetur et deinde perficiatur, quia, nisi precedat purgatio, non sequitur illuminatio, et nisi descendat illuminatio, non veniat consumatio seu perfectio. Nec mirum, quoniam, ut ait Linconiensis ² super angelicam ierarchiam, sicut oculi carnis infirmiores prius suscipiunt lumen solis obscurum ³ coloribus perfusi, deinde magis confortati suscipiunt illud a coloratis coloribus mediis, et postea visu roborato suscipiunt perfusis coloribus albis, deinde plus aptificati suscipiunt illud fulgentibus supra fuis, tandem oculi perfecte claritatem aspiciunt solis radiis superfusis. Ita etiam oportet mentis oculum infirmiore prius assueferi ad concipiendum lumen solis intelligencie in grossioribus, deinde in subtilioribus, donec tandem ex ipsa luminis dacione perfusus ⁴ multipliciter extendatur et restituatur in simplicem ipsius radium. Ut igitur ad lumen verbi dei disponamur, ipsamque veritatem in lumine dei amplectamur, pro eodem lumine impetrando matrem Christi, veri luminis, salutemus dicentes Ave Maria. — Detrectant de vobis, ubi supra. Sacris edocemur libris, quod omnis vir ecclesiasticus, presertim prelatus, debet plus eternis quam terrenis intendere, a scandalis ⁵ ex culpa sua surgentibus precavere, in se formam ostendere, qualiter in domo dei oporteat alios ambulare, ut sic semper cortina cortinam trahat, et qui audit, dicat: ve, ve! — Dixi primo, quod omnis vir ecclesiasticus, presertim prelatus, debet plus eternis quam terrenis intendere, quoniam secundum Augustinum in libro de spiritu et anima duo sunt loca, inter que spiritus humanus ad utrumque per libertatem arbitrii se movere potest, ad deum ⁶, qui est in summo, et ad mundum, qui est in ymo. Deus autem semper est immobilis et ipse solus in sua eternitate interminabilis vite, tota simul et perfecta possessio; mundus vero cursu sue instabilitatis semper miserabilis, vanus et umbratilis, semper flexibilis. Revera inter hec extrema collocatus oportet, ut consideratione habita, quam vel in quo conveniat cum eternis, et in quo cum terrenis, tanto magis divinis intendat, quanto plus terrena longe ab ipsis celestibus distancia esse cognoscit. Quapropter si,

1) Hohelied Sal. 5, 16.

2) Pseudodionysius, wie oben.

3) M: obscuris.

4) M: perfusa.

5) a scandalis — terrenis

intendere om M.

6) Codd.: eum.

prout legitur in libro de spiritu et anima, spiritus noster hiis, que deorsum sunt, se per cupiditatem inmerserit, statim per infinitas distracciones rapietur et a semetipso quodammodo divisus dissipatur et, ut ait venerabilis Hugo de Archa Noe libro primo: dum cor nostrum sive spiritus noster per desideria fluere cepit¹, quasi² in tot diversus est, quot ea sunt, que concupiscit, hinc nascitur motus sine stabilitate, labor sine requie, cursus sine pervencione, ita ut semper sit inquietus spiritus noster, donec illi adherere ceperit. Non igitur ponant sibi felicitatem pontifices et prelati ceterique sorte domini electi in rebus terrenis procul dubio perituris. Vidi, inquit Ecclesiastes 1, cunctum sub sole, et ecce vanitas et afflictio spiritus! Aut enim sunt boni aut mali: si mali, lugeant, quia risus illorum dolore mixtus est, et extrema gaudii luctus occupat, gaudium enim ypocrite ad instar puncti³. Si boni, quis in honore sine labore, quis in prelacione sine tribulacione, quis in sublimitate sine vanitate vel saltem sine penaltate esse potest? Quanti post multas victorias remigando in hoc mari spacio, in quo reptilia, quorum non est numerus, temporalibus incrassati, blandiciis mentis mundanis seducti, oblectamentis carnis illecti, carne ac sangwine conati, apud inferos contremiscunt! Qui si sollercius et acucius intendissent, quod vita presens est misera, multos fallens, multos decipiens, que dum fugitur, nichil, dum videtur, umbra est, dum exaltatur, fumes⁴ est —, quodque sit dulcis stultis, amara sapientibus —, nequaquam per abusum temporalium ad inferna miserabiliter descendissent. Et sic, si felix esse dicitur, quem faciunt aliena peccata⁵ cautum, utendum est temporalibus, prout sunt instrumenta virtutum, non viciorum. Verum toto corde dolendum est, quod nonnulli sunt, qui rebus caducis sic immersi sunt et temporalibus, ut de eternis vix sompniant, semper aurum, semper argentum vident, semper redditus computant, semper de plurificacione reddituum gloriantur, gracios⁶ intuentur quam solem, quorum eciam oracio et ad deum supplicacio aurum querit, 47. distincione, Sicud hii. Nec mirum, quoniam, ut ait Gregorius 68.⁷ moralium, parte quarta⁸: omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare⁹ appetunt et pro spe perpetua nec parum quidem in labore subsistunt; pro terrenis lucris quaslibet iniurias sustinent et pro celesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Terreno eciam iudici tota die assistere fortes sunt, in oracione vero dominica unius eciam hore momento lassantur. Sepe nudi-

1) K: cepit. 2) M: qui. 3) Hiob 20, 5. 4) M: finis.
5) K: pericula. 6) M: gracias. 7) K: 8. 8) K: quinta. 9) M: desiderare.

tatem, deieccionem, famem pro acquirendis divitiis atque honoribus tollerant, et earum rerum spe se per abstinenciam abstinere, ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriose querere tanto magis dissimulant, quanto magis ea retribui tardius putant; hec ille. At contra viri¹ sancti, quia mutabilitatem temporalium et vite brevem terminum indesinenter respiciunt, quasi morientes coetidie vivunt et tanto solidius mansiones eternas in celis sibi preparant, quanto nulla esse transitoria et omnia ex fine pensant. Hinc beatus Gregorius 8. libro moralium tractans illud Job 'nichil enim sunt dies mei'² sic inquit: sancti viri, quo verius summa cognoscunt, eo sublimius terrena despiciunt; et idcirco presentis vite dies nichil esse conspiciunt, quia illuminate mentis oculos in consideratione eternitatis figunt; unde ad se redeunt, qui se esse nichil nisi pulverem recognoscunt; hec ipse. Quare cum non sit securum nec utile in pulvere magis mansionem quam in celestibus querere, omnis vir ecclesiasticus, et presertim prelatus, debet plus eternis quam terrenis intendere. Sic enim non erunt loquela neque sermones, quibus per plurimi³ detrectant de vobis.

Dixi secundo, quod vir ecclesiasticus, maxime prelatus, debet a scandalis ex culpa sua surgentibus precavere, quoniam secundum Dionysium quinto capitulo angelice ierarchie, uniuscuiusque ierarchie, id est bene ordinate persone, perfeccionem ad dei imitationem reductam esse. Qui etiam inquit, ne illuminationes universarum⁴ operationum confuse et indistincte videantur, ideo tam angelici quam ecclesiastici gradus sunt divisi in primos, medios et ultimos ordines operationis secundum ierarchicas discreciones, et 10. capitulo inquit: unaqueque bene ordinata ierarchia, tam angelica quam humana, habet in se etiam primas, medias et ultimas ordinationes, scilicet quas unusquisque sive angelus sive homo ierarchicus, id est bene ordinatus, percipit secundum propriam capacitatem, dei purgacionem, illuminationem et perfeccionem, que deiformes operationes; hec ille. Opus est ergo ad instar celestium deiformes operationes episcopos et alios viros ecclesiasticos operari, ut vide licet secundum primas operationes sint bene ordinati ad deum, secundum medias bene ordinati ad semetipsos, secundum ultimas bene regulati ad proximos, et sic digne sibi subiectos purgabunt, illuminabunt et perficient. Ordinati siquidem ad similitudinem summe ierarchie, in qua secundum Bernhardum in libro de consideratione deus in seraphim amat ut caritas, in cherubim noscit ut veritas, in thronis sedet ut equitas, deum diligunt⁵ ut summam bonitatem, cognoscunt ut summam veritatem, tenent pre omnibus ut summam equitatem. Sed revera, ubi possunt hec discerni,

1) M: veri. 2) Hiob 7, 16. 3) M: plurimi. 4) K: diversarum.
5) M: diligit.

dicit Donatus in meditacione nona: in indicativo non. Nam proch dolor in honore sunt primi, in accione pietatis supremi, et vilissimus computandus est, nisi precellat sanctitate et sciencia, que est honore prestancior. In imperativo non, ut sic saltem regula in eis locum habeat: qui facit per alterum, per se facere videtur, de regula iuris, quantum per alium, libro 6. Nam in curiis et domibus talium pro pauperibus mimi, pro orphanis ioculatores, tibice, ystriones et alii vani, pro viduis venditores olei foventur. Non in optativo, nam si verum amorem gererent, ad actum potenciam reducerent. Sed heu dum potuerint, nolunt, et forsán, dum voluerint, non potuerint, de officiis delegati cum super. Non in coniunctivo virtutum, propter coniugacionem mentalem terrenorum. Non in infinitivo, nam talibus, qui bona desideria concipiunt, sed ab illis per desideria ad carnem et sanguinem vel affeccionem inordinatam reflectuntur, obviat Apocalyps. illa sententia: utinam frigidus esses aut calidus ¹; sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo. Et cum plures modi non occurrant, sequitur tales esse sine modo, sine regula, sine ordine, sine mensura. Ad similitudinem autem medie ierarchie debent prelati et viri ecclesiastici, presertim pontifices, operationes deiformes operari. In illa quippe deus dominatur ut maiestas, operatur ut virtus, tuetur ut salus, quatenus prelati et ceteri omnia, que divinam illuminationem impediunt, submoveant seque in actibus virtutum exerceant, et omnia secundum gratiam datam eis a deo agant et disponant, impulsibus contra sanctam ecclesiam fortiter resistant et sic convenienter dominantur cum dominatoribus, fortes autem cum potestatibus ², et ordinati ³ debite cum virtutibus. Sed nimirum non sunt digni coniungi dominatoribus, qui conculcantur a sathane ⁴ libidinibus ⁵ nephandissimis, deliberatis ⁶ conceptibus et nonnumquam operibus; quibus interdum muliercule imperant, legem imponunt, prescribunt letanter ⁷. Nempe non hos dicemus dominos, sed nequissimorum dominorum servos, et quod, qui facit peccatum, servus est eius. An ⁸ vero fas est, ut associentur potestatibus ⁹, qui potestatis iura exercent non in benediccionibus dulcedinis, sed in scandalis amaritudinis, quoniam, et si soli non abutantur spiritualibus, fovent tamen illos, qui benedicciones vestium et apparamentum ad cultum divinum spectancium et consecraciones ecclesiarum vendunt ac pacta super huiusmodi spiritualibus nedum tacita, ymmo expressa, non sine gravi scandalo et animarum grandi periculo facere non verentur. Scriptum est autem, quod non caret scrupulo societatis inique, qui manifesto crimini desinit obviare, 83. distincione error. O quanta cecitas, non pensare.

1) Offenb. Johannis 3, 15. 2) M: peccantibus. 3) M: inordinate. 4) K: sathana. 5) Codd.: libidinibus. 6) K: deliberant. 7) M: letantur. 8) K: Alii. 9) M: peccantibus.

Quod autem ordinantur clerici a symoniaco non symoniace et illud male, aut symoniace a non symoniaco et illud peius, aut a symoniaco symoniace, et hoc pessimum et a Christi fidelibus detestandum. Que autem pericula exinde sequerentur, intelligat, qui velit, arguat et substineat¹. Nam ordinatores et ordinati sunt lepra symonie infecti, irregulares et ab officiis et execucione suorum ordinum suspensi. Unde videant, qualiter alios absolvunt, quomodo de divinis officiis, que sine mortali culpa exequi non poterunt, se taliter qualiter intromittant, quomodo dampnationis sibi penam plurificando actus execucionum accumulunt, quam horribiliter sine remedio talibus ipsorum disposicionibus ad inferna descendunt. Quis sapiens providebit contra hec et intelliget iusticias domini! Preterea ad similitudinem ierarchie infime viri ecclesiastici, presertim pontifices et prelati, ad exteriora bene regulati debent operationes deiformes operari, ut sic exemplatum respondeat exemplari. Et quia in illa ierarchia deus regit, ut principium revelat, et lux assistat et pietas, opus est, ut omnia exemplariter ad primum reducant principium, ut lumen veritatis verbis et factis ostendant, ut opera pietatis omnibus devotis exhibeant, et sic in² primum principium omnia reducendo principabunt recte³ cum principibus, revelabunt veritatem cum archangelis, pietatem exhibebunt indigentibus et miseris cum angelis, et sic precavebunt sibi a scandalis. Hiis igitur ierarchiis et ordinibus respondete doctrinis catholicis et sanctis operibus, ut ora sua concludant, qui detrectant de vobis.

Dixi tercio, quod viri ecclesiastici, maxime pontifices et prelati, in seipsis formam debent ostendere, qualiter alios in domo dei oporteat ambulare. Oportet siquidem regulatum esse virum ecclesiasticum et mille, ut ita dicam, oculos habere, ut subditi vita speculari prelatorum imbuti fervidius virtutum operibus innituntur. Unde beatus Gregorius in pastoralibus dicit: pastor debet esse operatione precipuus, ut grex, que ipsius vocem moremque sequitur, melius per exempla quam per verba gradiatur. Hinc Ysidorus in libro de summo bono capitulo 34: non debet dominus ducatum sumere, qui nescit subiectos tramite vite melioris preire. Non⁴ enim quisquam ad hoc preficitur, ut subditorum culpas corrigat, et ipse viciis serviat. Proinde si quis propter enormitatem aut vanitatem vite se non dignum prelacione existimat, locum eius, qui dignus est, occupare non presumat. Nam tam nobile et tam sanctum est sacerdotii nomen, ut nulla viciorum nota maculari se sinat. Non edificabis, inquit dominus David, templum

1) Matthäus hat später darüber in ausführlichster Weise geschrieben: De squaloribus cap. 15 (siehe Walch S. 60—62) und Speculum aureum cap. 10 (siehe Walch S. 127—136).

2) M: est.

3) M: necesse.

4) K: neque.

tu, quia vir sanguinis es, hoc est: viciorum es. Si ergo propter vitam scandalosam ¹ quis ad prelacionem ascendere prohibetur, quid erit de illis, qui exempli pernicie subditos corrumpunt et muticate propter carenciam sciencie pertrahunt se. Abusus fiet ² de illis, qui, nedum habebunt legis divine scienciam, sed eciam repellunt a se sapientum doctrinam. Tu, inquit dominus per Ozee prophetam ³, repulisti a te scienciam, et ego te repellam, ne sacerdocio fungaris mihi, de hereticis, cum ex iniuncto. Quare dicit Ysidorus in libro preallegato c. 5: ignorancia presulum vite non congruit subiectorum, et talibus inquit dominus per Ysaïam: ipsi pastores ignoraverunt scienciam ⁴, et iterum: speculatores eius ceci omnes ⁵. Doceant itaque verbo, exemplo, prius opere quam sermone; et quanto clariores fuerint verbo, tanto plus clarescant et merito. In quibus, etsi non fuerit emiuens sciencia, competens tamen si vite sanctitas affuerit, tollerantur de renunciacione, nisi cum pridem. Sed quomodo docebunt, qui formam discipline non susceperunt, de electis, cum in magistrum. Qualiter lucebunt, qui agunt opera tenebrarum; tenebre namque lucem non comprehendunt, Johannis primo. Et qui male agit, odit lucem. Queritur siquidem sciencia et occurrit patens ignorancia, nedum crassa vel supina, sed eciam affectata, de qua scriptum est: ignorans ignorabitur, oves pereunt et pastores. An supersint, non requirunt, et tamen non potest esse excusacio, si lupo oves devorat et pastor ignorat, de regula iuris. Quantumvis adversitatum, eriguntur oves, qui castramentati sunt, et hactenus omnes, quorum interest, dormitaverunt; plorans plorat ecclesia, et lacrimae eius in maxillis eius. Non est, qui consoletur eam ex omnibus caris eius, quoniam filii, quos enutrivit, spernunt eam, et sub amicie et defensionis velamine facti sunt ei inimici ⁶. Crimina clamant ad deum pro vindicta; non est, qui corrigit ea, cum tamen sanguis ovium de manibus prelatorum requiretur, de officiis ordinariis, irrefragibili. Pastores lac comedunt, butirum extrahunt, lanis se operiunt; quod crassum est, occidunt et edunt, quod egrotum est, non sanant, quod infirmum est, non corroborant, quod confractum, non consolidant. Propterea audite, pastores, verbum domini. Ecce, inquit dominus per Ezechielem: ego ipse requiram sanguinem ovium de manibus vestris ⁷. Nec mirum: cithara namque, lira et tympanum, tibia et vinum sunt in conviviis prelatorum, et opus dei non aspiciunt, nec opera manuum suarum

1) K: vicia scandalosa. 2) M: fiat. 3) Hosea 4, 6.

4) Jesaias 56, 11. 5) Jesaias 56, 10.

6) Der Abschreiber in M bemerkt zu dieser Kraftstelle im Kodex: „Exclamatio pulchra contra modernum statum ecclesie catholice“. Es handelt sich um eine Anspielung auf ein Werk des Heinrich von Langenstein über das päpstliche Schisma.

7) Hesekiel 3, 20.

considerant. Et ob hoc nec volunt intelligere, ut bene agant, nobilisque interierunt ¹ fame, multitudo populi siti ² arescit. Propterea dilatavit infernus ³ animam suam et aperuit os suum absque ullo termino; valentes vero sunt ad bibendum vinum, et fortes forsam ad miscendum ebrietatem, trahunt iniquitatem in vinculum vanitatis et quasi vinculum plaustrum ⁴ peccatum iustificat, vel saltem iustificare sinunt impios pro muneribus, et iusticiam iustorum auferunt ab eis. Propter que et alia, que non pensant, eo quod oculos habent et non vident, pavendum est, ne, quod absit, veniat ⁵ tempus, quo deus in novacula conducta radat capita, pilos pedum et barbam universam. Et ne propter infinitas negligencias prelatorum, vitam luxuriosam, enormem, vanam, scandalosam et pomposam veniat dies ulcionis domini exercituum super omnes colles Libani sublimes, et super omnes erectas ⁶, super omnem terram excelsam et super omnes quercus Basan ⁷, et super omnes colles elevatos et super omnem murum elevatum, et auferat validum et fortem, omne robur panis ⁸, virum bellatorem, iudicem, prophetam, ariolum et senem et principem super 50, omne siquidem caput langwidum et omne cor merens. Ruit siquidem Iherusalem, et Iudas concidit, quia lingwe ipsorum et opera contra dominum, ut provocarent contra se oculos sue maiestatis ⁹. Dum tempus ergo habetis operum honorum, ad omnes, maxime ad domesticos, fidei luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem, qui in celis est. Contendite plus eterna quam terrena querere, a scandalis precavere, in vobismet ipsis formam ostendere, quomodo vestros subditos in domo dei oporteat ambulare, ut sic sublatis de medio scandalis conticeant illi, qui detractant de vobis; et hec erant verba proposita. — In quibus verbis considero sacerdotalem eminentiam turpiter deformatam in verbo detractant. Detrahere siquidem est famam aut honorem alterius deturpare, summa vero iniquitas ¹⁰ est detrahere, 6. questione 1, suprema. Secundo personalem prelatorum et aliorum clericorum assistenciam lingwis obloquencium communiter agitatam, dum annectitur de vobis: de vobis videlicet, qui estis genus electum, regale sacerdocium, gens sancta, populus acquisitionis. Propter quod pensare dignemini, quod, si vobis in eo detractant homines, quod estis zelatores legis divine, rei publice aut fidei catholice defensores, vel alias salutis populi ordinatores, sinite eos qui ceci sunt duces cecorum. Utilius enim scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur, de regula iuris, qui scaudalizaverit. Si vero in eo detractant de vobis, quod ¹¹ de salute

1) Jesaias 5, 13. 2) M: citi. 3) Jesaias 5, 14. 4) Jesaias 5, 18. 5) Codd.: veniet. 6) Codd.: ecclesias. 7) Jesaias 2, 13. 8) Jesaias 3, 1. 9) Jesaias 3, 8. 10) K: nequicia. 11) Codd.: qui.

populi minime cogitatis, aut si forsan queritis, que vestra sunt, et non, que Jhesu Christi, rationem ¹ habetis: ipsi videlicet indicate, quia ve homini, per quem scandalum venit. Et tunc non mirum, si qui non detractant de vobis. Dixi primo, quod in verbis premissis considero sacerdotalem eminenciam turpiter deformatam ². Numquid enim sacerdotalis dignitas in sancta ecclesia est minima? Revera non. Nam et si duo sunt, quibus hic principaliter mundus regitur: auctoritas scilicet pontificum et regalis potestas, in hiis tamen tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto eciam pre ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem, 96. distincione 6, duo sunt. Sacerdotum autem eminencia ex hiis arguitur, quod Christus eis quamvis malis reverenciam exhibuit, 1 questione 1, non quales, et quod ministerio sacerdotum, et non aliorum, corpus et sanguis Christi consecratur, 90. distincione, ego in medio. Quod per ipsorum benedictionem populo divina gracia confertur, 1. questione 1 dictum est. Quod ipsorum ministerio peccata dimittuntur, 1. questione 1, ipsi, et ipsorum officio futura revelantur ³, 1. questione 1 dictum est. Originaliter Augustinus est in libro questionum veteris et novi testamenti ponens exemplum de Cayfa. Item arguitur ipsorum altitudo et eminencia, quod ipsi sunt lumen populi, 96. distincione, sacerdotes sunt omnium patres et magistri, 93. distincione, quis dubitat. Verum quia sunt in gradu altissimo, ne polluantur in eis nomen domini, debent esse mente et corpore nitidi, divino officio et sacerdocio esse intenti, discreti et docti, 37. distincione, per totum; in officio ⁴ suo cauti, 14. questione 6, capitulo 1. in fine; omnibus pro posse suo utiles et benivoli, 5. questione 5, denique in vestibus et in incessu maturi, 41. distincione, clericus, de vita et honore clericorum. Clerici debent laudibus divinis et exemplo bono intendere, 5. questione 3, quia episcopi; ipsi nulli debent nocere, omnibus autem velle prodesse, de postu. capitulo ultimo. -- Sed vertamus metallum. Si sacerdotes boni propter eminenciam altitudinis sunt laudibus attollendi, profecto mali sacerdotes propter status altitudinem sunt lugendi. Nam quanto gradus alcior, tanto casus gravior, culpa extensior et pena intensior. Nichil quippe in hac vita deo in hominibus acceptabilius quam episcopi, presbiteri aut diaconi digni officio. Sed si perfiditorie et adultorie res agatur, nichil miserabilius, turpius et dampnabilius, 40. distincione, ante omnia. Ideoque malus sacerdos sacerdocio suo crimen acquirit, non dignitatem, ac sic quicumque minus bene dispositus desideraverit primatum in terra, metuet confusionem in celo, eadem distincione, multi.

1) Codd.: etatem. 2) M: defamiatam. 3) K: relevantur.
4) in officio — diminuunt detractores om. K.

Prospiciat ergo, ne per ipsum tenebrosa opera facientem sacerdotium ¹ deformetur! Tot mortibus dignus erit, quot perniciose exempla in subditos transmittit; et hoc de primo. — Dixi secundo, quod in verbis premissis considero personalem prelatorum et aliorum clericorum assistenciam ² linguis obloquencium communiter agitatam, dum annectitur de vobis. In omni quippe loco, in omni quasi domus angulo detractores deo odibiles detractant sacro sacerdotio, quasi tonsores monete legalis, sicut impeditores testamenti legalis, velud exhumatores cadaveris fraternalis. Nam sicut moneta legalis in tantum ³, quod integra in quantitate, qualitate et pondere remanserit, a nullo poterit licite refutari, sic persone prelatorum et eciam clericorum, dum in fama sua in integritate opinionis consistant, a nullo refutantur; fama vero lesa, in opinione bona contracta, non ita sicut prius venerantur. Detractantes sunt impeditores testamenti legalis, pacem namque rex noster pacificus redemptor suis amatoribus mortuus dedit, et intestato reliquit, Iohannis 14. Quod, quantum est in eis, diminuunt detractores, qui eciam sunt fraternalis cadaveris exhumatores, dum peccata prelatorum aut clericorum secreta commissa, que merito essent sepelienda, foras educunt, et sic per suam manifestacionem sepulturam frangunt. Propter quod modis debemus omnibus vigilantiter secundum ⁴ nostra opera consilia sic pensare, ut non sit in nobis actus reprehensibilis, qui poterit ab aliis reprehendi. Positi quidem sumus in altitudinis spectacula, ut ab omnibus videamur. Et ideo tanto culpa nostra fiet extensior, quanto amplius videatur. Quippe si volumus edere laucius, vivere ⁵ suavius, loqui licencius, iacere mollius, vigilare parcius, ieiunare rarius, facere, que libeant, liberius, profecto timor est, ne meretrices et publicani ad regnum celorum non pretendant ⁶; facilius equidem est camelum intrare per foramen acus, quam sic disposito intrare in regnum celorum. Non enim concordat sic psalterium cum cithara, non est convencio lucis ad tenebras, nec sancti ad canem. Et que nostra excusacio, quod nostris scandalosis actibus pereunt, ad quorum custodiam, ne perirent, tenebamur? Custodi, inquit dominus, virum istum; qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima sua, 3. Regum 20. Sed revera secundum Bernhardum super cantica: non est hoc tempore gregem domini custodire, sed perdere, non defendere sed exponere, non pascere sed mactare ⁷ et vorare, dicente domino: qui devorant plebem meam sicut escam panis. Quapropter cum dies mali sunt, redimamus tempus bonis operibus, ut inoffenso pede possimus cum

1) M: sacerdotum. 2) M: consistenciam. 3) M: interim.
 4) M: secunda; K: facta. 5) K: bibere. 6) K: procedant. 7) K: macerare.

profectibus proximorum ad visionem et fruicionem beatificam pervenire, ad quam nos perducere dignetur Christus, dei filius, per secula benedictus amen.“

Der die Rede durchziehende, namentlich am Schlufs fast überschwenglich sich kundgebende Pessimismus des Matthäus ist in noch bestimmterer Weise zum Ausdruck gekommen in der Kanzelrede „Venit iudicare terram“, die nach dem Marburger Kodex, fol. 173a—176a, bei Sommerlad S. 74 kurz erwähnt wird. Dafs die Rede Ausführungen von ganz unschätzbarem Wert enthält, in denen des Matthäus Stellungnahme gegenüber den an der Prager Universität und am Hofe Wenzels sich abspielenden religiösen und politischen Wirren hervortritt, ist Sommerlad unbekannt geblieben. Die Bitterkeit, mit der Matthäus über die von seiten der Tschechen stattgefundene Umwälzung sich äufsert und die Häresien verurteilt, die sich infolge dieser Bewegung in Prag wie in ganz Böhmen erhoben hatten, läfst darauf schliessen, dafs die Rede frühestens etwa 1387, also bei des Matthäus Weggang nach dem preussischen Ordenslande, oder einige Jahre später beim Verweilen in Krakau und Paris gehalten sein kann. Den Namen des Matthäus für diese Rede gibt der Marburger Kodex nur im Inhaltsverzeichnis fol. 145 an. Im Krakauer Kodex 2372 findet sich fol. 151a—152a der Anfang der Rede ganz ohne Autornennung.

Sermo magistri Mathei de Cracovia¹.

„Venit iudicare terram, scribitur in Psalmo². Reverendissimi! Püissimus miserator et misericors dominus deus tocius consolacionis, ipse deus pater cernens, quod homo, quem ad sui ipsius formam formaverat, a statu felici innocencie propter peccatum inobediencie cecidit, nec ad vitam per se resurgere poterat, noluit in eternum irasci nec iram suam diucius extendi; cogitavit cogitaciones pacis et non afflictionis. Et quia ipse homo non habuit aliunde salvandi remedium, misit suum unigenitum de secreto sui cordis, ut carnem assumeret de virgine, verbumque caro fieret et habitaret in nobis, ut sic inveterata inter deum et hominem inimicia amabili divinitatis et humanitatis copula reduci valeret ad concordiam, ipsaque pacis federa reformari opere³. Illa ergo⁴ occulta habita condicione dei filius ad nostrum publicum egressus, desideratus cunctis gentibus descendens iam venit iudicare terram cum equitate, tam rigorem ypocritarum et malorum vicia remordendo, tam per spiritum de iusticia, de veritate et de imperio arguendo, tam

1) M, fol. 173a ohne Überschrift, am Rande: Sermo.

2) Psalm 95, 13.

3) om. K.

4) K: De illa vero.

duros ¹ corde, versipelles, incredulos et ceteros iniquos iusto suo iudicio finaliter condemnando; ecce vide, qualiter venit iudicare terram. — Unde Iob: fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum etc.² Mundus iste fallit multos et seducit, multis dampnacionibus inducit, unde et beati sunt, qui blandicias eius et oblectamenta parvipendunt. Qui vero ipsam commendant, non ipsam, quod fallax est, recognoscunt; sed mali, quia mentes in delectacionibus defigunt, eo quod nec pretereuncia esse considerant, nec eterna querunt, pro magno pensant, quod in creaturis inordinata refrigeria inveniunt. Qui cum tristitiam interdum paciuntur, latebras effugii ineunt et ad voluptatem protinus carnalium desideriorum resurgunt, quosve interdum paupertas cruciat, divitiis animos suos demulcent, et ne despectus proximorum eos deprimant, sese dignitatibus exaltant. Si vero fastidio corporis atteruntur, epistolarum diversitatibus nutriuntur, si quo mesticie pulsu quaciuntur, mox per interposita locorum blandimenta relevantur et breviter tot habent effugia, quot sibi preparant pro leticia et pro refrigerio delectamenta. Et nec attendunt, quod ibi spiritus deficit, ubi caro in blandimentis aut voluptatibus mundi et carnis requiescit. Non enim concordat psalterium cum cythara, nec iura carnis cum iuribus spiritus conveniunt, quoniam caro concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem. Hec enim sibi invicem adversantur, anima quippe divinis nutritur, caro mollibus reficitur, carnem blanda refovent, hanc aspera exercent, caro delectacionibus pascitur, spiritus amaritudinibus vegetatur, carnem dura sauciant, spiritum mollia necant. Et hinc venit, cum mali brevitatem vite non pensant, nec rebus caducis cum timore et graciaram accione utuntur, sic cecantur, ut cecam spem suam in rebus mundanis ponant, et sic cecitate sensibili ³ oculi ipsorum clauduntur, ut eterne luci nullatenus intendant ⁴. Quo fit, ut, etsi iam ipsos molestia corporis cruciat et vicina mors virtutem vitalis spiritus incidat, ipsi tamen nichilominus curare, que mundi sunt, non cessant. Iamque eos ultor ad iudicium profahit, ipsi tamen rebus transeuntibus occupati nichil aliud cogitant, nisi qualiter in hoc seculo vivant aut qualiter ipsorum filii gloriosi appareant, quibus istud venit mirabile, quod omnia tunc reliquendo quasi de possidendis ⁵ disponunt, et hoc ideo, quia spes vivendi non frangitur, eciam cum vita terminatur. — Non enim congruit, ut alios doceant, et doctrine perversis operibus contradicunt, tantum quippe valet sciencia sine vita ⁶, quantum corpus sine anima. Cerne siquidem, nonne sit ⁷ ignominia secundum Ieronimum in Micheam prophetam Ihesum crucifixum, pauperem

1) M: korrigiert von anderer Hand: duris. 2) Hiob 10, 19.

3) K: insensibili.

4) Codd: intendunt.

5) M: depossidendum.

6) M am Rande: contra doctos.

7) M: non sic; K: si non sit.

et esurientem farsis corporibus predicare, et ieiuniorum doctrinam iubentes uncta sibi tumenciaque ora ¹ proferre, 35. distincione, ecclesie principes. An non sit reprehensibile de lege dei disputare, et extra legem esse, florere verbis et nunquam fructificare operibus, ad pugnam hortari alios et nichil cognovisse de pugna! Revera monstro ² similis est redarguere quempiam de peccato, in quo quis, dum alterum iudicat, seipsum condempnat. Ridiculum ³ videtur, dum mortuus vitam commendat, contractus per vicia ad gratiam reparat, conculcatus libidine per Sathan ad gloriam regni celestis invitat, comminatur aliis incertitudinem diei mortis, certitudinem districti ⁴ iudicii et immanitatem eterni supplicii, qui nunquam dei iudicia, quod sint abissus multa ⁵, revolvit ⁶ etc. — Longe est dominus ab impiis, Proverbiis 15. Sed, ut ait Hugo de Archa Noe in prohemio sentencialiter: eciam pagani et infideles, quique in regno dei esse dicuntur, eo quod ipse omne, quod condidit, per divinitatis sue potenciam tenet et regit. Si, ut idem ait, falsi fideles in domo dei esse videntur, hoc est in ecclesia, eo quod omnibus, quos ad fidem vocavit, sacramentorum suorum participacionem tradit. Si veri fideles et iusti, nedum in domo eius sunt, sed eciam ipsi domus eius sunt, eo quod eos dileccione inhabitans possidet et regit, omnesque in domo sumus per condicionem, quia creavit nos, in domo eius sumus secundum ipsum. Quomodo longe est dominus ab impiis, Salomonis ⁷ testimonio perhibetur; sed revera, ut ait Bernhardus, missus est deus quidem equaliter, et indifferentur ubique presto est. Divine utique presencia maiestatis et magne virtutis sue gratie tamen exhibicione sive inhabitacione quibusdam longe, quibusdam prope esse dicitur, angelorum dumtaxat et hominum; hec ille. Sicque quantum distat ira dei a gratia, aut quantum distat ortus ab occidente, sic et amplius a peccatoribus salus, longeque est dominus ab impiis. Preterea, si, ut ait Pafnucius in collacionibus, patrem credere inconcussa fide nos, quantum ⁸ convenit nichil sine deo prorsus in hoc mundo geri: aut enim voluntate eius aut permissione agi universa fatendum est, ut scilicet, que bona sunt, voluntate dei perfici auxilioque credantur, que contraria sunt, permissa, cum pro nequicia aut duricia cordis nostri deserens nos divina proteccio, dyabolum nobis vel ignominiosas nobis corporis passiones patitur dominari; hec ille. Profecto cum deus per suam potenciam absolutam cordis nostri duriciam emollire aut ignominiosas corporis passiones, quibus Sathane subicimur, submovere aut errores vel hereses de medio populi auferre, [facultatem habeat],

1) K: buccas tumenciaque ora. 2) M: nostro. 3) M: Rediculum. 4) M: discreta. 5) Psalm 35, 7. 6) Der Text von K bricht bei revolvit ab. 7) Sprüche Sal. 15, 29. 8) Cod.: qui.

nec illud facit, quomodo possit esse longe, est mirandum. Sed nimirum iusto suo iudicio desertus duos corde deserit, et iustum est, ut res, quas condidit, sic regat et earum leges non infringat, sicque quia tales, et maxime heretici, dum per libertatem arbitrii a se proiecerant, non mirum, quod de malo coetidie cadunt in peius, ut constet, quod longe est dominus ab impiis. Ex quibus possunt elici tria documenta: primum, quamvis deus presto est malis per sue maiestatis amplitudinem, longe tamen est ab eis per gratiam. Secundum, licet errores et hereses a deo permissae arguunt ire dei magnitudinem, iustis tamen et electis proficiunt, dum ipsorum exercent pacienciam vel conferunt occasionaliter ad sapienciam. Quibus annectitur, licet ex premissis formaliter non sequatur, tertium documentum: hereses et errores ortum habentes ab hiis, qui plus sapiunt, quam oportet, nequaquam corrumpent multitudinem, si potentum non haberent defensionem.

Dixi primo: quamvis deus presens sit malis per sue maiestatis amplitudinem, longe tamen est ab eis per gratiam, quod sic patet: Nam cum nullo modo possit aliquis bonum aliquid efficere, nisi ipso cooperante et efficiente, ipso dicente: sine me nichil potestis facere, nec aliquis potest deficere vel peccare ad heresim ut idem, nisi ipso iuste deserente. Iuste autem deserit, quia desertus est, et iustum est, ut sic se res habeant, quas condidit, ut eos proprios motus agere sinat. Nullus miretur, si homo duri cordis vel superbi et de se presumens cadit in heresim vel in errorem, quoniam hoc non permittit deus, qui presto est malis, nisi iuste concessit, nam ei liberum arbitrium et ante ipsum posuit vitam et mortem, ut, quod mallet, acceptaret. Indidit sibi potenciam bonum eligendi et malum equaliter probandi, ut inspuciones bonas et salubres admitteret ¹ suggestionesque inimici respueret, quatenus monita salutis recipiendo et sequendo salvaretur, respuendo vero et apostando a deo dampnaretur. Quapropter non possunt heretici de deo conqueri suis voluntatibus derelicti et in sensum reprobum dati, quod deus se ab eis per gratiam elongavit. Hoc enim fecit iusticia sua sibi nota, non enim deus malis hominibus, ut salvet eos, tamquam debitor obligatur. Nam, ut ait Gregorius 32. moralium, quod nemo deum prevenit, ut eum tenere quasi debitorem possit, sed misericordia motus equus omnium conditor et quosdam preelegit et quosdam in suis propriis actibus derelinquit, nec tamen electis suis pietatem sine iusticia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit, nec rursus reprobis iusticiam sine misericordia exercet, qui hec equanimiter tollant, quos consequenter in perpetuum dampnat; hec ipse. Sic Boemiam a perverso gentilitatis errore abductam deus consequenter voluit,

1) Cod.: atmittendi.

ut ad fidei lucem assurgeret, per misericordiam visitavit, quam tamen, quod lugendum est, cum de ducibus sibi bonis intumuit et de eisdem ingrata fait, heresibus et erroribus venerari et obtenebrari fecit. Prius quidem dederat deus primam viam ei, videlicet beatam Ludmillam, et post hoc posuit in ea tamquam flumina in deserto beatum Wenceslaum, Adalbertum, Procopium¹, a quibus, dum sancte predicacionis flumina ceteri perceperunt², vite opera et doctrine verba germinarunt, impletumque fuit in ea illud propheticum: in cubilibus, in quibus dracones habitabant, orietur illud viror calami et junci³. Quem enim per calamum, nisi sacra universitas, doctores et predicatorum, quos per juncum, qui juxta aliquem semper in humore nascitur, nisi pusilli et teneri auditores sacri eloquii designantur! In draconum ergo cubilibus secundum Gregorium 29. moralium viror calami et junci oritur, quia in eis populis, quos antiquus possidebat hostis, et doctorum sciencia et auditorum obediencia designatur secundum ipsum. Hec autem omnia in urbe Pragensi de regno Boemie facta sunt. Nam olim ibi remotis⁴ draconibus; studium sacre scripture et industria multorum se in studio et virtutibus exercencium sunt exorti⁵, hodie vero saltant ibi demones, erites iudificant⁶ et syrenes. Hodie Praga in regnis inclita, capud regni Boemiarum, impleta est proch dolor draconibus; struciones et pilosi⁷ in ea demorantur, habitant ibi ulule in edibus eius et syrenes in delubris eius, eo quod dominus immiscuit in medio eius habitatorum spiritum vertiginis et errare permisit eos, derelictosque cecitate percussit pro magna parte, ita ut credant se dignos celo, qui draconibus, hoc est demonibus, per hereses subiecti, nisi digne peniteant, districto reservantur tormento. O Praga, ultra regna multa ipsis tuis elevata, o Boemia, imperiali quodam et regali titulo decorata, libet plangere: quo abiit gloria tua, quomodo ablata est magnificencia tua, qualiter deformata est speciositas tua! Tu enim fide pre multis rutilancior, tu ordinata divino ministerio pre multis solempnior, tu varietate ministrorum pre multis spectabilior, tu militibus et armigeris pre multis forcior, tu in pigwedine terre et rerum habundancia pre aliis copiosior, in te requievit doctorum sapiencia, magistrorum sciencia, pruden-

1) Vgl. J. Jireček in *Fontes rerum Bohemicarum* I, S. 349—359; W. Vondrák, *Zur Würdigung der altslowenischen Wenzelslegende und der Legende vom heiligen Prokop*. Wien 1892; F. Krásl, *Prokop, jego klášter a památka u lidu*. Praha 1895; A. Bachmann, *Geschichte Böhmens*. Bd. I, Gotha 1899, S. 216, 263.

2) Cod.: preceperunt. 3) Jesaias 35, 7. 4) Cod.: remotus.

5) Cod.: et orti. 6) Cod.: iudificat.

7) Tschechische Körperigenschaften betreffend. — struciones statt struthiones.

tum emanaverunt de te consilia. Ad te ab oriente, occidente et aliis mundi partibus diversi recurrebant, omnes de tua gloria predicabant, omnes magnificenciam et decorem mirabantur. Quomodo ergo obscurata ¹ est gloria tua, mutatus est color optimus, dispersi sunt sanctuarii ecclesie tue, dirute sunt sanctorum reliquie auro et argento decorate, pollute et confracte sunt religiones sancte, fedate et exinanite sunt, aurum tuum versum est in scorium, vinum tuum mixtum est aqua. Olim habundavit in te iusticia, nunc autem homicide. Cum dolore memorandum, dies iocunditatis et leticie dies iniquitatis; dies diei eructabat ², verum et nox nocti indicat scienciam non plangendi. Considera, ubi es, quomodo prostrata et feda manes. Queso ergo tibi compaciens: aufer draconis demencie, Babilonis delubrum confuge et syrenes confuge ³, si forsan deus per misericordiam restituat iudices, ut fuerunt, et consiliarios tibi antiquitus. Et quia pericula vicinorum dant cautelam, scilicet Polonie ⁴, futurorum ab aliis Polonia absterneat, propter que ira in vicinos descendit, de pace sibi tempore pacis provideat mereque inimicorum ad evadendum pericula penitentiam agat. Alioquin se mala malis accumulent, quando ⁵ non gratiam in oculis domini ad ferendum dextram suam in excedente inveniat, cum longe sit dominus ab impiis.

Dixi secundo, quod, licet hereses et errores a deo permissae arguant ire dei magnitudinem, iustis tamen et electis proficiunt, dum ipsorum exercent pacienciam vel conferunt occasionaliter ad sapienciam. Prima pars sic potest ostendi: Numquid enim non est ire dei evidens argumentum, quod nostris temporibus plus quam aliis antiquis hostis ecclesie contra eam ipsa quasi dormiente dentibus suis crudelibus infremuit et de die in diem plus fremit ipsamque terribilibus oculis intuetur, dum per quosdam crudelia exerceat, et per aliosque. Et qualiter exerceat, provideat! Dentes quippe ipsius hostis sunt bonorum persecutores atque carnifices, qui eius membra laniant, dum electos illius suis persecucionibus affligunt et infestant. Oculi vero eius sunt magistri errorum et heresiarche seu malorum inventores et auctores, qui contra ecclesiam sanctam provident mala, que fiant, suisque consiliis persecutorum eius crudelitates flammant. Unde Iob in persona ecclesie loquens sic inquit de hoste dyabolo ⁶: infremuit contra me dentibus suis hostis meus et terribilibus oculis me intuitus est. Quod tractans Gregorius libro moralium 13. sic

1) Cod.: obscurata. 2) Psalm 18, 3. 3) Cod.: confugere.

4) In Polen war die deutschfeindliche Richtung mit der Thronbesteigung Kasimirs des Großen zur Geltung gelangt. Er errichtete 1364 die Universität zu Krakau, löste aber, besonders in rechtlicher Hinsicht, die Beziehung zu Deutschland mehr und mehr.

5) Cod.: que. 6) Hiob 16, 10.

ait: antiquus adversarius ecclesie fremit eam dentibus suis; dum per crudeles reprobos insequitur vitam bonorum, intuetur hanc terribilibus oculis, quia pravorum consiliis non cessat mala exequi, quibus hanc semper deterius affligat; hec ille. Verumtamen, ut ponit pars secunda huius documenti, iustis et electis nedum¹ persecuciones, sed eciam errores et hereses a deo permisse divine sapientie magisterio veniunt in profectum; sed enim, ut apostolus 1. Corinth. 10, hereses esse, quia in hoc fides clarificatur et probate fidei exemplum sunt manifeste. Quod verbum apostoli tractans Augustinus sic inquit: omnes inimici ecclesie, quia, si accipiunt potestatem, corporaliter officiendo² exercent eius pacientiam, si vero male sciendo adversentur, exercent eius sapientiam. Ab adversario enim questio mota discendi est occasio, etsi eciam scandala eveniunt; hec ille. Ecce quomodo diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, sic scilicet et malis induratis, et presertim hereticis, omnia veniunt in dampnum, sic in presenti hereticorum persecutio venit in fractum, sic hereticis persequentibus libertas seviendi venit in perpetuum lamentum et luctum, sic iustus gloria- tur ad gloriam, iniustus stomachatur contra iustum ad penam. Unde Gregorius 21. moralium tractans illud Iob: numquid non est perditio iniquo³, sic incipit: transitorio verbere affliguntur electi, ut paternitate flagella corrigant, quos paterna pietas ad hereditatem servat. Nunc etenim flagellatur iustus, ut verbere discipline corrigatur, quia ad hereditatis eterne patrimonium preparatur. In suis autem voluptatibus relaxatur iniustus, quia tanto ei bona temporalia suppetunt, quanto eterna denegantur. Iniustus ad debitam mortem currens effrenatis voluptatibus utitur, et quia vituli, qui mactandi sunt, in liberis pascuis reliquuntur. At contra iustus a delectationis transitorie iocunditate restringitur, quia et nimirum vitulus ad laboris usum deputatus sub iugo retinetur. Negantur electis in hac vita bona terrena, quia et egris, quibus spes vivendi est nequaquam, a medico cuncta, que appetuntur, conceduntur. Dantur autem reprobis bona, que in hac vita appetunt, quia et desperatis egris esse, quod desideraverunt, non negatur; hec ille. Perpendant igitur fideles, quot⁴ mala modernis hereticis, qui in maleficiis suis prosperantur, existunt reservata, que et qualia iustis cesis, flammis exustis sint in celis preparata; talia revera, que nec oculus vidit nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Nec fideles propter prosperitatem hereticorum in fide infirmarentur, quoniam, quanto magis mali prosperantur, tanto profundius sunt casuri. Sic tribus Benjamin contra tribus 11, licet pessimo crimine fuit viciata, bis in bello fuit pene deleta, Iudicum

1) Cod.: et nedum.

2) Cod.: afficiendo.

3) Hiob 31, 3.

4) Cod.: quod.

penultimo et ultimo. Eo enim mali acrius ¹ in tormentis obruuntur, quo alcius in peccatis elevantur. Sed dicat aliquis, quid est, quod temptat deus, quos sibi caros in eternum conspicit, vehementer quasi eos despiciens cedi, affligi et mortificari sinit. Ecce precursor domini nostri beatorum spiritu propheticie repletus, quo inter natos ² mulierum nemo surrexit maior propheta et plus quam propheta, ab iniquis in carcerem mittitur et puelle saltu capite truncatur. Unde qui misericordie et nimie sanctitatis et vite austere provisantur, turpiuntur, moriuntur. Quid ergo quod Iohannes dei voce laudatur et tamen verbis tremulantis saltatrici moritur. Quid est, quod omnipotens deus sic vehementer in hoc seculo despicit, quos sublimer ante secula elegit. Sed revera per hoc datur intelligi, quid illinc sint passuri, quos reprobatur, si sic cruciantur hic, quos amat; aut quomodo in futuro et districto ³ iudicio arguentur, si sic illius vita premitur, qui iudice Christo laudatur. Sententia est beati Gregorii 3. moralium: perpendite, quanta est districtitudo divine iusticie, quod nequaquam inulta peccata dimittit, sed ira dei hic interdum a bonorum correptione inchoat, ut in reproborum dampnatione requiescat. Hinc Petrus ait ⁴: tempus est, ut iudicium de domo dei incipiat, ubi mox admirando subiunxit: si autem primum a nobis, quis finis illorum, qui non credunt ewangelio. Non ergo mirum, si heretici et reprobi voluntatum suarum desideria multa iniquitate perpetrant. Ex ira quoque divine iusticie venit, quod in suis desideriis prosperantur, tantoque amplius indurescunt et deteriores existunt, quanto feliciores in peccando fuerint. Et ob hoc de malo gradientes in peius et de peiori in pessimum, et tandem in dampnum letantur, cum maleficiunt, et exultant in rebus pessimis, rident cum homicida, in catholicos committunt, deo sacratas basilicas evertunt, virgines et infantes ac presbiteros igne flagrante consumunt. Adest tamen ultor dominus, sed differt in eorum excidium et sine fine mansurum tormentum, quod venit ex eo, quia deserti sunt, et quia longe est dominus ab impiis.

Dixi tercio, quod hereses et errores ortum habentes ab hiis, qui plus vel aliter sapiunt quam oportet, nequaquam corrumpent multitudinem, si potentum non haberent defensam. Magna enim est, ut ait Gregorius 26. moralium, potencia temporalium, que habet apud deum meritum suum de bona administratione regiminis. Nonnunquam tamen, quo preeminet ceteris elacione cogitacionis, intumescunt, et dum ad usum cuncta subiacent, dum ad vocem velociter iussa complentur, dum omnes subditi, si que bene gesta sunt, laudibus efferuntur, male ⁵ autem gestis nulla auctoritate

1) Cod.: arrius.
4) 1 Petr. 4, 17.

2) Cod.: natus.
5) Cod.: mala.

3) Cod.: distructo.

contradicunt, dum plerumque laudant, eciam quod obiurgare debuerunt, seductus ab hiis, qui infimum subduntur, per se animus tollitur, et dum foris inmenso favore circumdatur, in eius veritate vacuatur; hec ille. Ex quo patet, quod, cum potentes rationem preeminet et infantur, non mirum, quod frequenter non rationem sed sensum, non veritatem sed libitum, et maxime si personas odiunt, amplectuntur. Tunc enim eciam, se rectum ab illis, quos odiunt, audiunt, cum persone displiceant, nec recta, que proferunt, placent, sicque errores et hereses eo, quod eis suggeruntur, placenciam non attento, quid sit futurum. Amplectitur sic propter odium personarum nonnunquam, quod est iniustum, pretenditur, quod est iustum, et malum bonum. Cum igitur error vel heresis suboritur, si fomentum non recipit, tamquam vesania deridetur. Cum vero peccatis mundi, quorum magis interest, ut oriatur scintilla heresis, ipsam non extingwunt in ignem versam, et si volunt extingwere, non valebunt. Dum enim poterant, nolebant ad saltem extirpare hereses erroribus et heresibus patentes, et presertim principes ecclesiastici et seculares videntur consentire. Negligere enim, cum quis possit perturbare perversos, nichil aliud est quam fovere, nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifeste facinori desinit obviare, 83. distincione, error. Taliumque negligencia cedit in discrimine subditorum, 40. distincione, si papa. Ad hoc siquidem sunt principes seculi constituti, ut in ipsorum regiminis rigore ecclesie adversantes contineantur, secundum Ysidorum 26. questione 5, principes. Et ideo secundum ipsum cognoscunt principes seculi soli deo se debere rationem reddere propter ecclesiam, quam Christo tuendam suscipiunt. Nam sive angeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes, sive salvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati ecclesiam suam tradidit. Sed cum ad hoc et principes ecclesie ecclesiastici sunt positi, ut evellant errores, dissipent hereses, edificent fideles et plantent virtutes, qui negligunt peccata subditorum corrigere, sagwis omnium de manibus eorum requiritur, 1. questione 1, quidquid et de officiis ordinariis, irrefragibili. Si vero circa hereses inventi fuerunt negligentes, deponuntur de heretici excommunicatione, primus § vel septimus. Ideo si per negligenciam errores et hereses augmentum recipiunt, amplius per defensam. Dicit enim canon: qui peccantem defendit, acris est arcendus quam ille, qui peccavit, 11. questione 3, qui consentit. Et execrabile est non tueri, quos quis susceperit defendendos, 87. distincione, irreligiosum. Ampliusque nocet, qui auctoritate vel potestate peccatum defendit, de officiis delegati, capitulo primo, ubi glosa. Hinc Ieronimus super Ozee inquit: ad christianum regem patet defensio fidei, divini cultus observatio et ampliatio ratione sue unccionis sicut ad episcopum, et ad imperatorem sicut ad papam; ymmo

ratione executionis amplius, quia, quod non potest papa ipse, ex eis tenetur. Quod autem regibus, principibus et potentibus in potencia, si errores et hereses tollere negligunt, et maxime si defendunt vel in iusticiam fidei impediunt, expresse dominus loquitur per prophetam Ezechiel 21 ad Sedechiam, regem Iuda, eidem imputando primo destructionem sacerdocii et secundo destructionem regni, quod utique sibi non imputaretur, nisi illorum reformatio et conservatio ad eum pertinent. Ait enim: tu autem, impie et prophane dux Israhel, cuius venit¹ dies in tempore tribulacionis, hec dicit dominus omnipotens: aufer cydarim, id est cornua pontificis, tolle coronam; revera cydaris est capitellum pontificis, corona regis; utriusque destructionem imputat dominus regi. Propter hoc Iudicum 17. scribitur, quod in diebus illis, quando erumpant symonia et ydolatria, non erat rex in Israhel, sed glosa ordinariam, que ait: in diebus illis non erat rex, qui hec mala cohiberet, quod non diceret, nisi cohibicio dictorum malorum ad regem pertineret. Itaque opus est ad extingwendos errores principes seculi et ecclesie ac potentes manum diligenter apponere, ne forsitan, quod deus auferat, utriusque destruantur et ira dei pariter involvantur. Gravis est enim ira dei, quantum legere est, ab impiis, si manum vindicte extendat contra peccatores, et ob hoc placandus est in tempore, ut non destructionem ecclesie atque regni, sed potius augmentum et ipsius gratiam in presenti, et in futuro eternitatis gloriam mereamur, quam nobis ipse concedat agnus dei, Christus deus noster, per secula et in eternum benedictus.“

Zwei weitere Reden, fol. 176 a—184 b des Marburger Kodex, werden im Inhaltsverzeichnis fol. 145 ebenfalls dem Matthäus zugeschrieben², scheinen aber vielmehr dem Krakauer Doctor decretorum und Professor Paul von Zator anzugehören, der um 1430 lebte und Dombherr, später Generalvikar, der Kathedrale zu Krakau war. Seine Postillenwerke (Sermones de tempore und Sermones de sanctis) liegen in den Krakauer Handschriften 491, 1506 und 1507 vor. Daten über sein Leben siehe bei Wiszniewski a. a. O. V, S. 56 und K. Morawski, *Historia uniwersytetu Jagiellońskiego* Bd. I, Krakau 1900. S. 289—293. — Die erste Rede:

K, fol. 74 a: „Eadem mensura, qua mensi fueritis, remecietur vobis, scribitur Luce 6 et in presentis dominice ewangelio leccionatur. Reverendissimi patres, domini et magistri ceterique domini eximii!

1) Cod.: veniet.

2) Die Meinung Sommerlads a. a. O. S. 74, dafs diese beiden Reden samt der vorhergehenden „Venit iudicare terram“ Teile eines gröfseren Werkes „Sermones“ des Matthäus gebildet hätten, ermangelt ganz des Beweises.

Cogitanti mihi, qualis sum, occurrit nudus, pauper, cecus, miser et miserabilis“ . . . Dieser Sermon hat sich, wie es in der Anrede angedeutet zu werden scheint, ebenfalls an ein Publikum gewendet, das zum Teil dem Laienstand angehörte, meist wohl aus Universitätsangehörigen sich zusammensetzte. K, fol. 82 a am Schluss: „mencientes labores, tandem digne gloriam premiorum adipisci mereamur in presencia, quam nobis concedat, qui sine fine regnat in secula seculorum amen. Pauli de Zator.“ In M ist dieselbe Rede ohne Überschrift oder Zusatz gegeben, und nur fol. 176 findet sich am Rande „Sermo“ und im Inhaltsverzeichnis fol. 145 „Sermo eiusdem magistri“.

K, fol. 136 b beginnt unter der Überschrift „Per magistrum Paulum de Zator“¹ eine Rede: „Lavamini, mundi estote, scribitur originaliter Ysaie 1. capitulo et legitur in ebdomada currentis officii, et habentur verba transsumptive in canone de penitencia distincione 3, irrisor. Egregii doctores, magistri eximii ceterique spectabiles domini et honorandi! Cogitanti mihi et operum dei magnificenciam intellectu licet pusillo revolvente illud occurrit, quod, licet divine maiestatis consilium supernaturaliter quandoque revelat parvulis, quod senioribus remanet occultum“ . . . Es werden hier Ratschläge gegeben, um das Gewissen von Sünden aller Art rein zu halten, insbesondere von den fleischlichen, und den Umgang mit Frauen zu vermeiden. Die Rede schließt fol. 145 a: „non confisi et mortis adventu quamvis incerto securi constanter agamus et ita curramus, ut comprehendere valeamus hic graciosam et in futuro gloriam et vitam eternam, ad quam nos perducatur, qui sine fine vivit et regnat deus per secula benedictus amen.“ — Im Kodex M fehlen Überschrift und Autorbezeichnung, im Inhaltsverzeichnis fol. 145 wird angegeben „Sermo alius eiusdem“. Eine Übereinstimmung des Inhalts mit einem der größeren Werke des Matthäus ist nicht ersichtlich.

1) Entsprechend ist Paulus de Zator im Inhaltsverzeichnis K, fol. 67 als Verfasser bezeichnet. Vgl. noch Wisłocki a. a. O. S. 565.